sedētē sup lapidē. sic dic mathe⁹. ⁊ post in monumento sicut dicit marcus. ⁊ inde duos stantes vnum ad caput ⁊ alium ad pedes. sicut dicit Lucas. s. illum priorem cū alio. vel eo disparente alios duos. qui dixerunt. Cur queritis viuentem cum mortuis. et significauerunt eum resurrexisse. Alie crediderunt verbis eorum maria remansit incredula. Unde alie nunciauerūt discipulis dominum resurrexisse. illa nunciauit petro ⁊ Johāni eum sublatum fuisse. que post aduentū ⁊ recessum eorum sola remansit ad monumentū. que inclinās se in monumentum vidit duos angelos sedentes vnū ad caput ⁊ alium ad pedes. sicut dicit Johes. qui dixerunt ei. Mulier quid ploras Et illa respondit. Quia tulerunt dominum meū ⁊ nescio vbi posuerūt eum. Et conuersa vidit dñm. Qui dixit ei Mulier quid ploras quē queris? Et illa putās eū ortulanu⁹ esse dixit. Dñe si tu sustulisti eū dicito mihi. ⁊ ego eū tollā. Et tē dñs eā ex noie nomiauit. ⁊ ipsa tunc eū cognouit. et post plures locutiōes angelorū tūc primo credidit. et voluit procidere ad pedes dñi. et domin⁹ dixit ei. Noli me tāgere. nō dū eni ascendi ad patrē meū. subintellegit ī corde tuo. quasi diceret. Quē queris tanq̄ mortuū. nō credis patri esse equalē. Et adiecit dñs. Vade et dic frib⁹ meis. Ascendo ad patrē meū ⁊ patrē vestrū ⁊c. i. in proximo est vt ascendā. Et ipa cepit ire iā certificata. et inuent alijs mulierib⁹ iuit parit cū eis ꝗ nunciare apostol. et in illa via apparuit eis domin⁹ dicens Auete Que accesserūt et tenuerūt pedes ei⁹. Predictū aūt modū loquendi in quo quasi generalit dictū ē q̄ mulieres iuerūt nunciare dominū resurrexisse. cum tñ maria que erat vna de ill: tunc incredula fuit sepe in scripturis inuenim⁹. sicut ⁊ dominus dic discipulis. Et me scitis et viā meā scitis. Cum tñ quidā⁹ essent inter eos qui hoc nescirent. Unde domin⁹ ait. Tanto tē pore vobiscū sum ⁊ nō cognouistis me ⁊c Sed illud primo dictū est scientib⁹. istud ignorantibus. Ita etiā dicitur q̄ dom⁹ in⁹ in ascensione apparuit discipulis. ⁊ exprobrauit incredulitatē ⁊ duriciā cordis eorū qz his q̄ viderant eū resurrexisse nō credi derunt. cum tñ aliqui inter eos fuerit qui iam crediderant. sic petrus ⁊ alij plures. Sed illud primo dictu⁹ est de incredulis. Hec opinio videt pbabilior q̄ scda. ⁊ qd dixit Ambrosius. nō est credendū q̄ dixerit asserendo. sed alioꝝ opiniōes referēdo licet ipe eā argumēt pbare videat. Quibus iuxta pdictā opinionē leuiter respondet. ⁊ ferre totū quod ipe inducit. p interemptionē soluit. verbi grā. q̄ ipe dicit q̄ vna maria fuit ꝓm mathe⁹ que sciuit dominum resurrexisse. hoc est falsum. qz alis credentibus verbis angeli remansit incredula. Augusti. vo nō sic fuisse dicit. vt narrat ꝓ narrat ita potuisse fuisse Unde pbabiliori sententie nō piudicat.

¶ De secunda feria post pascha.

Quia per gloriam resurrectiōis impleuit dominus que promisit in veteri testamento vt videlicet introduceret nos in terram fluentem lac ⁊ mel. ideo dicit ecclesia in introitu huius secunde ferie. Introduxit nos dominus in terram fluentē lac ⁊ mel. Exo. xiij. qz xps iam introduct⁹ est ⁊ ecclesia triumphans in re. ecclesia vero militans in spe. Epistola sumit de actib⁹ apostolorū. x. ca. Stans Petrus i medio ⁊c. ⁊ intendit pbare passionē christi et resurrectionē. Unde dicit. Huic omnes p phete testimonium phibent Euangeliu⁹ duo ex discipulis Luce. xxiiij. c. cōcordat epistole. de apparitione domini discipulis euntibus in emaus. ibi eū habetur q̄ cognouerunt eum in fractione panis. Quid est fractio panis nisi expositio scpture. ibi eū cognoscitur dominus. Responsoriu⁹ vo concordat cum introitu. Dicat nūc israel. Alleluia. Nonne cor nostru⁹ erat ardens ⁊c. est de scriptura ex positiōe. In alijs ecclesijs dr alleluia. Angelus domi. Math. vi. ca. Offertoriū. Angel⁹ dñi ⁊c est de testimonio apl'oꝝ. Postcommunio Surrexit dñs ⁊c. Luce vi. c. est de apparitione que facta est petro Multiplicat igitur apparitiones vt dictū est ad ꝓfirmādā fidē. Sane ex hodierno euangelio sumit alleluia. Nōne. ⁊ offerenda. Angel⁹ dñi. ex eo q̄ ibi dr mulieres visiōes angeloꝝ vidisse q̄ dicūt eum viuere. Similiter ⁊ communio. Surrexit dñs. ex eo q̄ ibi dicitur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Surrexit domin⁹ vere ⁊ apparuit Simoni. Ad pietatem ergo pertinet hoc officiū in quo continet rememoratio scripturaꝝ ⁊ pietatē accedit ad mansuetudinē. Mansuetis autem terra promittitur illa ꝑ quam dicitur. Beati mites quoniaꝫ ipsi possidebunt terram. scz fluentem lac et mel. Unde in introitu. Introduxit nos domin⁹ in terram fluentem lac et mel. Et sunt ꝗ verba moysi populū post esum agni de egypto ducentis. Introduxit inquā spe. sed in illā postea introducet re. quam caleph dedit axe filie sue irrigataꝫ irriguo superiori ⁊ inferiori. Irriguum inferius timoꝛē. superius amoꝛ. Caleph etem̄ q̄ quasi coꝛ interpretatur. dat anime deuotōnē cū timore pariter ⁊ amoꝛe. In hac scda feria fit in vbestatio apd sanctū petrū propter hoc quod in euangelio habet. Et apparuit symoni. Et quia ibidem dicitur. Nōne cor nostrum ardens erat in nobis. quia ipe p̄ ceteris magis arsit dominum diligendo. Hac die pisces viuos inspicimus recolentes cum gaudio q̄ dominus ad pbationē resurrectionis partem piscis assi comedit Et in tertia feria ad fontes imus vt ibi dicetur. et mulieres verberant viros. Etiaꝫ in his tribus diebus est feriandū. put sub pascha dictum est.

De tertia feria post pascha.

In tertia feria

ostenditur p̄ quid habeatur hereditas celestis patrie. ostenso em̄ in secūda feria q̄ in terram fluentem lac ⁊ mel iam introduxit nos deus in spe. ⁊ postea introducet in re. ostendit p̄ quid habeatur. qꝛ p̄ diuinā scientiam sue cognitōnem dñi nostri. Unde hec tota feria est d cognitione siue sapientia dei. ⁊ inde introitus est. Aqua sapientie ⁊c. Eccī. xv. c. et est septimi toni quia in septem donis spiritussancti est ista sapientia. In epistola. Surgens paulus. actuū. xiij. ca. ostendit xpi passio ⁊ resurrectio. per quā hec sapientia habetur. Qui em̄ verā fidem habꝫ d his habet sapoꝛē dei. Hec aūt cognitō est dies quā fecit domin⁹. De graduali ergo patet Et nota q̄ cū omnes graduales versus hui⁹ hebdomade sumant̄ de psalmo. cxvij. s. confitemini. q̄ est nonus post Dixit dñs. hodiernus sumitur de psal. cvj. s. Confitemini. qui est decimus i matutinali cantate. eo q̄ iste psalmus exhoꝛtatur fideles ad laudem dei q̄ per sapientiam suā redemit ⁊ liberauit eos a quadruplici temptatione. quia liberauit eos de necessitatibus eoꝝ. i. ab infidelitate. ⁊ qꝛ libāuit eos de necessitatib⁹ eoꝝ. i. a praua cōsuetudie ⁊ liberauit eos a tedio bone actiōis ⁊ eduxit eos a versutijs heretice impugnatiōis Alleluia est. Surrexit dñs ⁊ apparuit mulieribus Uel fm alias ecclesias. Oportuit xpum pati. quod sumitur de euangelio In alijs etiam dicitur. Surrexit dñs ꝛe. Luce vlti. c. In euangelio ꝛo. Stetit Jesus ⁊c. Luce. xxiiij. c. ostendit dominus ⁊ pbat resurrectionem suam discipulis suis per quattuoꝛ. Primo per consuetum modum loquendi cum dixit. Pax vob. Loquebatur em̄ eis sepe d pace. ⁊ amatoꝛ pacis erat. Unde ⁊ ipe dominus inquit. In me pacē habebitis in mundo autem pressuram. Pacem relinquo vobis. pacē meā do vobis. Scdo per hoc quod ostendit se palpabilē. Tertio quia cum eis comedit. Quarto quia eis aperuit sensum scripturarum. Et quia hanc sapientiam domin⁹ dedit p̄ se ⁊ p̄ apostolos. ideo dicit i offertorio. Intonuit de celo dñs. i. de apl'is vt oēs crederent in illum. Hec em̄ inquit Johannes scripta sunt vt credatis. ⁊ credentes vitā eternā habeatis. In postcōmunione que est ad col'. iij. c. inuitamur ad hāc sapientiā. Si cōsurrexistis cū xpo que sursum sunt sapite. ecce de sapientia Et quia de sapientia habetur in hac secunda feria ideo fit statio ad sanctum paulū q̄ fuit sapientioꝛ omnibus apostolis seu cui dominus singulariter aperuit intelligentiā scripturarum. d quibus legitur in euangelio et introitu. Unde ipe dicit. Non a me nec ab homine accepi euangeliū meū. sed per reuelationē domini mei ihesu xpi. Uel qꝛ p̄ eum maxime ad impletū est qd in euangelio legit. s. opoꝛtuit predicari penitentiam in omnes gentes. ideoq̄ ⁊ eius predicatio legit i hodierna lectōe actuū apl'oꝛū Hac die viri verberāt mulieres put sb pasca dictū ē. Hac etiā die ad fōtes im⁹ p̄ eo q̄ hodie in itroitu viri beati aqua sapiētie potati referunt. ⁊ i offertorio fontes aqrū

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf